



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Secundus Antistes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

angelo ecclesiam, & Monasterium construxit, Monaste
 cui sacellanū suū Beringerium præfecit, arcemq; rium Ar
 ac possessiones Collegio Leodino sūmisit Obijt duennæ.
 feræ tercio Calendas lunias tametsi huius festū
 celebretur tercio nonas Nouēbres, quibus vel ā
 Carlomāno corpus translatū dicitur vel ab Oge
 ro Dandæ, vt nonnullis placet, euectum putatur
 Floruit sub Apostolicis viris Sergio primo. Leo
 ne tercio, Ioanne sexto, loāne septimo, Sifinnio
 Constantino, & Gregorio secundo, Imperanti
 bus Tyberio, Absimaro, Iustiniano, Philippico
 Anastasio, Theodosio & Leone. Claraerūt S.
 Alardus cū sua cōthorali Grimaria, & duabus fi
 liabus Herlinde & Relinde, qui collegiū Driapo
 litanū (quod vulgo Alden Eyck nūcupatur) in
 stituerunt, quod etiā nū præposituræ titulo cele
 bre est. Qui Huberti recham auro atq; gemmo
 sa suppellectile ornauerūt, & cultus Christiani
 post se monimenta reliquerunt.

Monaste
 rium Al
 denEyck

¶ Secundus Antistes.

FLoribertus Huberti filius, abbas Stabulan⁹
 & Monasterij diui Petri apud Leodiū ad
 ministrator, atq; summi Collegij proposi
 tus, defuncto patre, suffectus est Antistes, anno
 salutis septingentesimo trigesimo primo. Qui
 Collegio diui Lamberti decem viros Canoni
 cos adiecit, quibus opima sacerdotia deputauit,

731

Corpus beatæ Odaë amitaë suæ, miraculis claræ apud Amaniū, sublimauit, & genitoris sui corpus cooperante Carlomāno rege in Collegium diui Petri transtulit. Obiit anno salutis septingentesimo quinquagesimo quarto, anno administrationis decimo nono. Sepultus in æde S. Lamberti. Floruit sub Apostolicis viris Grægorio & zacharia imperantibus Leone & Constantino huius filio. Quo tēpore S. Eucherius Aureleanēsis Antistes, apud diuum Trudonē in exilium proscriptus, & a Pontificio destitutus est. Quia Carolo pugnante aduersus Raginfredū, suæ ciuitatis portas aperire contempsit.

¶ Tertius Antistes.

Fvicarius Comitis Louaniani filius ex filia custodis Flandriæ primi collegi Præpositus, administrare cæpit anno salutis septingentesimo quinquagesimo quinto. Hic opibus pariter & virtutibus, nouenam ecclesiam illustrauit, & Franciæ coronā ad Pipinum patrē Caroli magni trāfferri vidit. Obiit anno salutis septingentesimo sexagesimo sexto anno administrationis decimo nono, sepultus in Collegio S. Lamberti. Floruit sub Apostolicis viris Gregorio tercio & zacharia, Imperante Constantino.

¶ Quartus Antistes.

756.

Virginiis.